



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

105. Dæmonium mutum ejcitur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 95
ab ipsis, *Luc. 8. & 37.* de finibus eorum :
Marc. 5. & 17. quia magno timore teneban-
tur. *Luc. 8. & 37.* Ipse autem ascendens na-
vim, reversus est, *Luc. ibid.*

MEDITATIO CIV.

*Christus eum, qui curatus fuerat, sequi
se volentem remittit ad suos
domum.*

I. **C**umque ascenderet navim, coepit il-
lum deprecari, qui à dæmonio vexa-
tus fuerat, *Marc. 5. & 18.* vir, à quo dæmo-
nia exierant, ut cum eo esset. *Luc. 8. & 38.*
Dimisit autem eum Iesus. *Luc. ibid.*

II. Non admisit eum, sed ait illi ; Vade
(redi, *Luc. 8. & 39.*) in domum tuam ad
tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus
fecerit, & misertus sit tui. *Marc. 5. & 19.*

III. Et abiit per universam civitatem,
prædicans, quanta illi fecisset Iesus. *Luc. 8.
& 39.* Et abiit, & coepit prædicare in Deca-
poli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mi-
rabantur. *Marc. 5. & 20.*

MEDITATIO CV.

Dæmonium mutum eicitur.

I. **E**cce obtulerunt ei hominem mutum,
dæmo-

dæmonium habentem. *Matth. 9. & 32.*

II. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israël. *Matth. 9. & 33.*

III. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones, *Matth. 9. & 34.*

MEDITATIO CVI.

Dæmones Christum confitentur esse Deum.

I. **S**piritus immundi, cùm illum videbant, sprocidiebant ei. *Marc. 3. & 11.*

II. Et clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. *Marc. 3. & 11. & 12.*

III. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. *Marc. 3. & 12.*

MEDITATIO CVII.

Cæcus ac mutus, expulso dæmone, videt, loquitur.

I. **O**blatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curavit eum: Ita ut loqueretur, & videret. *Matth. 12. & 22.* Erat eijciens dæmonium, & illud erat mutū. Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus. *Luc. 11. & 14.*

II. Et